Johanni Brantio D. Pareus
S. P.

Quod tuâ etiam commendatione amice Antiquiſsime, commentariolus meus Senatui ampliſsimo urbis vestræ non fuit ingratus, sed acceptiſsimus, quod quidem et literis donec responsorio munifico supra meritum meum, abunde testatum fecerunt, pro eo sanè ac debeo gratias ago et tibi et honoratiſsimo D. Rasfeldio cui negotium hoc commiſsum fuiſse intellexi. Egi etiam gratias literis meis eidem Ampliſs. Senatui, relatus omne genus officiis, quæ quidem àme in Ecclesiam et Rempubl. vestram proficiſci poterunt. M. Heſselbenium juvenem ferocem, qui benè norunt nihil boni Ecclesiæ vestræ ab eo augurantur. Dabit enim turbas turbulentus homo odio plus quàm vatiniano veritatis plus quàm satis imbutus nisi caveris. Evulgavit nunc quasdam chartas, quibus Cochleum et alios insectatur, querendus est, ne gratiâ. Contemnent illi hominem si sapient. Nulla enim re quàm silentio rectius vindicabat. Gerhardus ille Novilis, de quo scripseras mihi visus non est; si venerit faciam ut commendationem penes habuiſse intelligat maximè propter avum virum clariſsimum atque etiam avunculum Bartholomæum mercatorem condiscipulum olim meum in collegio Sapientiæ sub Ursino præceptore præmaturâ morte defunctum. Induciæ Hispano belgicas tandem confectas eſse nunciatur. Utinam belgis non insidiosæ, Germaniæ non exitiosæ sint. Dolum enim intra latere prudentes omnes suspicantur. Sed vivit Deus, qui astutos in astutia sua comprehendere nondum dedidicit.

Legati nostri Electorales ad feuda Palatina
occupanda in vicinia vestra nunc versan-
tur: una cum aliis hæreditatis utinam res si-
ne motibus bene abeat. Felices Dux Bernhar-
dus Austeng in bavaria moratur cum D. Loffenio
hero suo, cujus adventus hac septimana hic ex-
spectatur. Feliciter vale. Heidelb. ipso Coffchatis 1609.

T. T. D. Pareus.

100. M. Rudolpho Goclenio Marcg beumberg

S. P.

Ego vero, Clarissime D. Goclení, nullus dubito
quin tibi, licet hominis ignoti, hæc προσφώ-
νησις sit grata futura. Tua enim singularis
φιλοσοφία δύναται εὐτραπελία quæ in scriptis
tuis doctissimis clarissime lucet, et quam a
multis dum audissem πολλάκις prædicari audi-
vi, ἄλλως ἐνθυμεῖσθαι haud patitur. Spes no-
bis, Illustriss. Landgravio Ludovico vita
defuncto, affulsit certissima Academiæ Mar-
purgensis fermento Ubiquitario purgan-
dæ et pristinæ ὀρθοδοξίας in eam revocandæ.
Quando de pietate et zelo Illustrissimi Land-
gravii Mauritii toti mundo constat. Hac
igitur spe fretus author suasorque doctissimo
huic juveni, Rudolpho Schwartzenbachio Ze-
densi nostræ τροφῆς existiti ut sese ad vos
conferret. Quapropter te etiam atque etiam
rogo, ut eum tua humanitate ita complectaris
ut intelligat se suo bono consilium meum se-
cutum fuisse. Nostræ res ἀδιαφόρως cum no-
stri foederati duro Hispanico incusati et
patriæ libertatis prodigi nihil non [illegible]